



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 24. De Contemptu apud Herodem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

2. Si Christus Herodi respondisset, rex illum scilicet laudasset, non ipse se emendasset. Exemplo suit ergo nobis Dominus, vt inanem gloriam caueamus: nempe de rebus ex quibus neque gloria Dei, neque proximorum utilitas, sed nostra solum laus existat planè taceamus, & malimus cum Christo à superbis hominibus contemni, quam inaniter prædicari.

3. Noluit Herodi curiosè quærenti responder Christus, vt doceret nos in concionibus ac sermone non hoc sequi vt curiosorum auditorum intelligentiam pascamus; illud potius, vt ijs illos ad morum emendationem commoueamus affectibus.

4. Mors potius præoptanda est, quam in gratiam cuiusquam mortalium ullum peccatum admittendum, vt Christus maluit ab Herode dñari, quā curiosè ipsius cupiditati obsequi.

5. Diuina mysteria curiosè scrutari non debemus, neq; vt Herodes, cùm arido corde exiguum habemus pietatis sensum, multa cum Deo verba facere: neque enim illa responsione ab illo dignabimur.

6. Gratia & dona diuinitus communicata, non cuiuis aperienda sunt; sed ijs solum à quibus fructus aliquis expectari potest.



MEDITATIO XXIV.

CHRISTVS TANQVAM STVLTVS AB HERODE

CONTEMNITVR.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. *Herodes, R. spreuit illum cū exercitu suo.* Luc. 23.
- II. *In-*

II. Indutum veste albâ remisit ad Pilatum.

III. Facti sunt amici, illa ipsa die, cum ante inimici essent.

FIGVRA.

I. Re. 23 DAVID pro stulto habitus & contemptus fuit ab Achis Rege Geth.

PROPHETIÆ.

Psal. 2. ASTITERVNT Reges terra, & Princes conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.

Hier. 3. Factus sum in derisum omni populo, canticum eorum tota die.

DOCUMENTA.

1. Sicut à mundo contemnimus, gaudemus: nam si ab eo laudaremur, indicium esset improbitatis nostræ: Is enim nōs est sculi accusare bonos, improbos laudare, quod Christo accidit.

2. Mundus cum suis, tum sermone tum factis vitiosis, virtutem & bonitatem nihil stimat, atque adeo pro stultitia habet. Qua ex re colliges, quam parui opiniones & iudicia mundanorum hominum facere debeamus

3. Si deridemur & despere putamur, eò quod Deo virtutibus prosequendis seruimus, nihil nobis triste videatur, sed latum potius & iucundum, quod à similitudine Christi proprius absimus.

4. Reli-

4. Religiosum virum nequaquam abieci & simplicis habitus sui pudere debet. Christus enim nostra causa ne fatui quidem habatum recusauit.

5. Quoties aut plurium aut meliorum vestium, quam status noster exigit, cupiditate tememur : toties pauperi & humili Iesu illuminamus.

6. Quanquam non expleuit votum Herodis Christus , quippe quod nulli bono esset, alia tamen parte beneficium contulit, quod non petebat : dum cum Pilato illum restituit in gratiam. Sic si quando concedat Dominus quod petimus, nunquam tamen non dat illius loco aliud melius, & aptius saluti nostræ.

7. Non satis fuit Herodi spreuisse Christum , sed remittit etiam induitum veste alba & ridicula , vt eum alijs similiter deridendum præberet. Id nos imitamur, quoties non contenti in animo iudicare de proximo, sed verbis etiam ad audientes proferimus, vt & apud illos existimationis iacturam faciat.



MEDITATIO XXV. BARRABAS CHRISTO PRAEFERTVR.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. Christo reducto dicit Pilatus; nec se, Mat. 27
nec Herodem inuenire causam mor- Mar. 15.
tis: itaque vult eum flagellare. Luc. 23.
II. Quo- Ioan. 18.

Pila-
cum
con-
eth.
rinci-
us Do-
o; can-
eamus:
m esset
est sa-
, quod
um fa-
ihili x-
Qua ex-
x iudi-
debea-
ur, eò
seruia-
l latum
e Chri-
Reli-